



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CIII. De dulia, quæ est prima pars obseruantiaë.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ne, non pertinet earum cultus ad obseruantia, sed ad pietatem, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quod exhibitio honoris, vel cultus non solum est proportionanda personae cui exhibetur secundum se considerata, sed et secundum quod ad exhibentes comparatur. Quia ergo virtuosus secundum se consideratus, sint magis digni honore, quam persona parentum: tamen filii magis obligantur propter beneficia suscepta ab ipsis parentibus, & coniunctionem naturalem, ad exhibendum cultum & honorem parentibus, quam extraneis virtuosis.

Super Quaestio. conseruaturis articulo primo.

QVAESTIO CIII. B

De Dulia, in quatuor articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de partibus obseruantiae. Et primo de dulia, quae exhibet honorem, & caetera ad hoc pertinentia, personis superioribus. Secundo, de obedientia, per quam earum obediunt imperio.

Circa primum quaruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum honor sit aliquid spirituale, vel corporale.
- ¶ Secundo, Vtrum honor debeatur solis superioribus.
- ¶ Tertio, Vtrum dulia, cuius est exhibere honorem & cultum superioribus, sit specialis uirtus à latria distincta.
- ¶ Quarto, Vtrum per species distinguatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum honor importet aliquid corporale.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod honor non importet aliquid corporale. Honor enim est exhibitio reuerentiae in testimonium virtutis, vt potest accipi a Philosopho in 1. Ethic. sed exhibitio reuerentiae est aliquid spirituale: reuerenti. n. est actus timoris, ut supra habitum est. Ergo honor est aliquid spirituale.

¶ 2. Prat. Secundum Philosophum in 4. Ethic. Honor est praemium virtutis: uirtutis autem, quae principaliter in spiritualibus consistit, praemium non est aliquid corporale, cum praemium sit potius merito, ergo honor non consistit in corporalibus.

¶ 3. Prat. Honor a laude distinguitur, & est a gloria: sed laus, & gloria in exterioribus consistunt. Ergo honor consistit in interioribus spiritualibus.

SED CONTRA est, quod Hiero. exponens illud 1. ad Timot. 5. Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur &c. dicit. Honor in praesentiarum vel pro elemosyna, uel munere accipitur: utrumque autem horum ad corporalia pertinet, ergo honor in corporalibus consistit.

RESPOND. Dicendum, quod honor testimonium quaedam importat de excellentia alicuius: unde homines uolunt honorari, testimonium suae excellentiae quaerunt, ut per Philosophum patet in 8. Ethic. Testimo-

num autem redditur, vel coram Deo, vel coram hominibus. Coram Deo quidem, qui inspector est cordium, testimonium conscientiae sufficit: & ideo honor, quoad Deum, potest consistere in solo interiori motu cordis, dum aliquis recogitat, uel Dei excellentiam, uel et alterius hominis coram Deo. Sed quoad homines, aliquis non potest testimonium ferre, nisi per aliqua signa exteriora, uel uerborum, puta, cum aliquis ore pronuntiat excellentiam alicuius: uel factis, sicut inclinationibus, obuiationibus, & alijs huiusmodi: uel etiam exterioribus rebus, puta, in munerum oblatione, aut imaginum institutione, uel alijs huiusmodi: & secundum hoc honor in signis exterioribus, & corporalibus consistit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod reuerentia non est idem quod honor: sed ex una parte est primum motuum ad honorandum, in quantum. s. aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquem, eum honorat. Ex alia uero parte est honoris finis, in quantum. s. aliquis ad hoc honoratur, ut in reuerentia habeatur ab alijs.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Philosophus ibidem dicit. Honor non est sufficiens uirtutis praemium. Sed nihil potest esse in humanis rebus, & corporalibus maius honore, in quantum. s. ipse corporales res sunt signa demonstratiua excellentis uirtutis. Est autem debitum bono, & pulchro ut manifestetur, secundum illud Matth. 5. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: & pro tanto praemium uirtutis dicitur honor.

AD TERTIUM dicendum, quod laus distinguitur ab honore dupliciter. Vno modo, quia laus consistit in solis signis uerborum: honor autem in quibuscumque exterioribus signis: & secundum hoc laus in honore includitur. Alio modo, quia per exhibitionem honoris, testimonium reddimus de excellentia bonitatis alicuius absolute: sed per laudem testificamur de bonitate alicuius in ordine ad finem, sicut laudamus bene operantem propter finem. Honor autem est et optimorum, quae non ordinatur ad finem, sed iam sunt in fine, ut patet per Philosophum in 1. Ethic. Gloria autem est effectus honoris, & laudis: quia ex hoc quod testificamur de bonitate alicuius clarescit bonitas eius in notitia plurimorum, & hoc importat nomen gloriae. Nam gloria dicitur quasi clara. Unde ad Rom. dicit quaedam gloria Ambr. quod gloria est clara cum laude notitia.

ARTICVLVS II.

Vtrum honor proprie debeatur superioribus.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod honor non proprie debeatur superioribus. Angelus enim est superior quolibet homine uiatore, secundum illud Matth. 11. Qui minor est in regno caelorum, maior est Io. Bapt. sed angelus prohibuit Ioannem uolentem se honorare, ut patet Apoc. 19. ergo honor non debetur superioribus.

¶ 2. Prat. Honor debetur alicui in testimonium uirtutis, ut dictum est. sed quandoque contingit, quod superiores non sunt uirtuosi, ergo eis non debetur honor: sicut nec demonibus, qui tamen superiores nobis sunt ordine naturae.

¶ 3. Prat. Apostolus dicit ad Rom. 12. Honore inuicem praecipites. & 1. Pet. 2. Omnes honorate: sed hoc non esset seruandum, si solis superioribus honor deberetur, ergo honor non debet proprie superioribus.

¶ 4. Prat. Tobias 1. dicit, quod Tobias habebat decem talenta ex his, quibus erat honoratus a rege. Legitur

Li. 4. c. 7. an te medium to. 5. D. 710.

Lib. 1. ca. 5. tomo. 5.

Id hinc August. in lib. 83. q. 81. circa finem tomo. 4.

Ad Heb. 13. lcc. 3. prin.

Ar. prec. & q. 63. art. 3.

Super Quaestione centesima articulum tertium.

In art. 3. eiusdem q. omisso secundo, nota in corpore articuli, q. Deus non solum est maior dominus q. homo, quia dominus vnuerforum est, sed est alia ratione dominus: quia est dominus totius cuiusq. rei, v. p. creator totius: homo autem non. Vnde tertius hominis ad Deum est secundum totum id, quod quomodolibet est. Errat autem, inquit Hier. de inferioribus, qui seruientem in hominem descendere putat, tu propter libertatem mentis: quia materia dominus non est homo, sed solus Deus, qui potest annihilare animam, & corpus.

In response ad tertium eiusdem articuli, dubium primo est, An unaquisq. datur responsum sit per se sufficiens.

Dubium secundum est, An ratio prima responsionis, videlicet, quia homo quando honorat hominem, non semper actu refert hoc in Deum, ut leat. Et est ratio dubii, quia videtur peccare secundum non causam vt causam: quoniam non requiritur ad identitatem motus in imaginem, & id cuius est imago, q. actu ille qui mouetur, referat in id, cuius est imago ut patet de adorantibus imaginem Christi, & sanctorum mente euagata. Constat. n. quod non actu referunt ad id, cuius est imago, suam uenerationem.

Dubium tertium est, Quo pacto uerificetur, quod reuerentia, qua exhibetur ipsi Deo, nullo modo pertinet ad eius imaginem, cum statim author in sequentis calcet articuli dicat quod eodem honore Christus, & eius crux honoratur.

Dubium quarto est, An venerari hominem, in quantum est imago Dei, referendo hoc actualiter in Deum, spectet ad latriam, vel Duliam. Et est ratio dubii, quia sicut praeter amicitias proprias, quibus amamus pr oximos, vt patrem, vt conciuem, vt comilitonem, vt amicum &c. est charitatis amicitia, qua amamus in proximo. Deum. Quare non praeter proprias uenerationes, quibus colimus patrem, principes, excellētes viros &c. datur vna ueneratio, qua colamus Deum in hominibus, & in omnibus creaturis tanquam in imagine, & vestigio suo? Et augetur dubium, quia sicut datur vnum vitium puta, blasphemiam, qua blasphematur Deus & in se, & in qua libet creatura debet dari vnus honor quo & in se, & creaturis omnibus honoretur Deus gloriosus omnium creator.

Ad euentiam horu nōsse oportet duplex esse genus imaginis.

tur et Hester. 6. q. Assuerus honorauit Mardochæum, & coram eo fecit clamari. Hoc honore digno ē, quē rex honorare uoluerit. ergo honor ē exhibet inferioribus: & ita vř quod honor nō debetur proprie superioribus.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ethic. quod honor debetur optimis.

RESPON. Dicendū, q. sicut su pradictū est, *honor nihil aliud est, q. quādā prestatio de excellentia bonitatis alicuius. Pot aut ali cuius excellentia cōsiderari nō solum p cōparationē ad honoratē, vt. s. sit excellentior eo q. honorat, sed ēt s. m. se, uel p cōparationē ad aliquos alios: & s. m. hoc honor semper debetur alicui ppter aliquā excellentiā, uel superioriorem, nō enim oportet, q. ille q. honoratur, sit excellentior honoratē, sed forte quibusdā alijs, uel ēt ipso honorante, quantum ad aliquid & non simpliciter.

AD PRIMUM ergo dicendū, q. angelus prohibuit Ioannē non a quacūq. honoratione, sed ab honoratione adorationis latrię, q. debetur Deo: uel ēt ab honoratione duliæ, ut ostēderet ipsius Ioanis dignitatē, qua p Christū erat angelis adæquatus s. m. speciē glorię filiorū Dei: & iō nōlebat ab eo honorari tam q. supior.

AD SECUNDUM dicendū, q. si praelati sint mali, nō honoratur propter excellentiā prīæ uirtutis, sed ppter excellentiā dignitatis, secundū quā sunt Dei ministri. Et ēt in eis honoratur tota cōmunitas, cui presunt: demones autem sunt irreuocebilitate mali, & pro inimicis habēdi magis quā honorandi.

AD TERTIUM dicendū, q. in quolibet inuenitur aliquis, ex quo pōt aliquis eum superiorē reputare, secū dum illud ad Phil. 2. In humilitate superiores inuicem arbitantes: & secundū hoc etiam omnes se inuicem debent honore præuenire.

Nā quādā sunt, quæ secundū scripturam uero quæ honoris capaces non sunt, nisi o. ficiunt. Et quoniam capacia honoris capacitate aliena sunt, cum honor sit proprius, quēns est vt non nisi rationalia, s. m.

AD QVARTVM dicendū q. priuata persone interdum honoratur a regib. nō quia sint ēs superiores secundum ordinem dignitatis, sed ppter aliquā excellentiam uirtutis ipsarum: & secū dū hoc honorati sunt Tobias, & Mardochæus a regibus.

ARTICVLVS IIII. Vtrum dulia sit specialis uirtus a latria distincta.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, q. dulia nō sit specialis uirtus a latria distincta. Quia super illud Psalm. 7. Dñs Deus meus in te speraui, dicit gl. 2. Domine omnium per potentiam, cui debetur dulia, Deus per creationem, cui debetur latria: sed non est distincta uirtus, quæ ordinatur in Deum secū dū quod est dominus, & secundū, quod est Deus. ergo dulia non est uirtus distincta a latria.

2. Præter. Secundum Philosophum in 8. Eth. Amari simile est ei, quod est honorari: sed eadē est uirtus charitatis, qua amat Deus, & qua amatur proximus. ergo dulia, qua honorat proximus, non est alia uirtus a latria, qua honoratur Deus.

3. Præter. Idem est motus, quo aliquis mouetur in imaginem, & in rem cuius est imago: sed per duliā honoratur homo, in quantum est ad Deum imaginatus, dicitur enim Sapientia. 2. de impijs, quod non iudicauerunt honorem animarum sanctorum, quoniam Deus creauit hominem inextremabilem, & ad imaginē suā similitudinis fecit illum. ergo dulia non est alia uirtus a latria, qua honoratur Deus.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit in 10. de ciu. Dei, q. alia est seruitus q. debetur hominibus, secundū quā præcipit a potius seruos dñis suis subditos esse, quæ: s. græce dulia dicitur, uero latria, quæ dicitur seruus pertinens ad colendum Deum: etiā in sacramentis dñi quis actu operatore accedit ad altare intentio celebrandi, dicitur euagetur. Hmōi aut actus s. o. est uirtus i imaginē secundū se, & motus i imaginē uerā dedit rationem, quæ dicitur in hoie, sed ad hoiem: quæ uirtus i homini duliam, honorare Deum i bonitate. Ad tertium autem dubium ex illis præterea te dubitationis, quoniam ex illis præterea quod creatura rationalis uidetur ex

Lib. 5. cap. 6. sed clarus. Lib. 4. cap. 5. & lib. 1. cap. 23. como. 5. Art. pres.

et 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

honorabilis dupliciter videlicet & secundum quod est imago Dei. Nam ex hoc ipso quod est rationalis, est secundum se ipsam honorabilis, & imago Dei: quia secundum se ipsam honoratur dicitur, ut per Augustinum in reg. honorate in vobis. Item inuenitur Alioquin imago Dei in creatura rationali est deterioris condicio, quam imago eius, sicut vel pictura, in quantum imago. Et eadem eadem est ratio de vestigio in creatura aliis, nisi quod constituitur honorabilis secundum se, sed solum ratione repraesentat. Item namque est motus in vestigio, sicut & in id cuius est vestigium: oportet esse commune ratio non reddere.

RESPON. Dicendum, quod secundum ea, quae supra dicta sunt, ubi est alia ratio debiti, ibi necessesse est quod sit alia virtus, quae debitum reddat. Alia autem ratio debetur seruitus Deo & homini: sicut & alia ratione dominium competit Deo, & homini. Nam Deus plenarium & principale dominium habet respectu totius, & cuiuslibet creaturae, quae totaliter eius subicitur potestati. Homo autem participat quandam similitudinem diuini dominii, sicut in quod habet particularem potestatem super aliquem hominem, vel super aliquam creaturam. Et ideo dicitur, quae debita seruitute exhibet homini dominantem, alia virtus est a latría, quae exhibet debitam seruitutem diuino domino. Et est quadam obliuata species: quia per obseruantiam honoramus quascumque personas dignitate praecedentes: per dulia autem proprie sumptam, serui dominos suos ueneratur. Dulia enim Graece seruitus dicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut religio per excellentiam dicitur pietas, in quantum Deus est per excellentiam pater: ita et latría per excellentiam dicitur dulia, in quantum Deus excelsiter est dominus. Non autem creatura participat potentia creandi ratione cuius Deo debetur latría. Et ideo illa distinxit attribuens latríam Deo sicut creationem, quae creaturae non concitatur: dulia uero secundum dominium, quod creaturae communicatur.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio diligendi proximum, Deus est. Non enim per charitatem diligimus in proximo nisi Deum: & ideo eadem charitas est qua diligitur Deus & proximus. Sunt tamen alia amicitiae differentes a charitate secundum alias rationes; quibus homines amantur. Et similiter cum sit alia ratio seruendi Deo, & homini, aut honorandi utrumque, non est eadem virtus latría, & dulia.

AD TERTIVM dicendum, quod motus, qui est in imagine, in quantum est imago, refertur in rem, cuius est imago. Non tamen omnis motus qui est in imaginem, refertur in eam, in quantum est imago: & ideo quandoque est alius motus speciei in imaginem, & motus in rem. Sic ergo dicendum est, quod honor, vel subiectio dulie respicit absolute quandam hominis dignitatem. Licet enim fecundum illam dignitatem sit ha-

mo ad imaginem, vel similitudinem Dei, non tamen semper homo, quando reuerentiam alteri exhibet, refert hoc actu in Deum. Vel dicendum, quod motus qui est in imaginem, quodammodo est in rem: non tamen motus qui est in rem, oportet quod sit in imaginem: & ideo reuerentia quae exhibetur alicui, in quantum est imago Dei, redundat quodammodo in Deum. Alia tamen est reuerentia quae ipsi Deo exhibetur, quae nullo modo pertinet ad eius imaginem.

ARTICVLVS IIII.

Utrum dulia habeat diuersas species.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod dulia habeat diuersas species. Per dulia enim exhibetur honor proximo. Diuersa autem ratione honorantur diuersi proximi, sicut rex, pater, & magister, ut patet per Philosophum in 9. Ethic. Cum ergo diuersa ratio obiecti diuersificet speciem virtutis, videtur quod dulia diuidatur in virtutes specie differentes.

2. Praet. Medium differt specie ab extremis, sicut pallidum ab albo & nigro: sed hyperdulia videtur esse medium inter latríam, & dulia. Exhibetur enim creaturis, quae habent specialem affinitatem ad Deum, sicut beata Virgini, in quantum est mater Dei: ergo ut dulia sint species differentes, una quidem dulia simpliciter, alia uero hyperdulia.

3. Praet. Sicut in creatura rationali inuenitur imago Dei, ratione cuius honorat, ita et in creatura irrationali inuenitur vestigium Dei: sed alia ratio similitudinis importatur in noie imaginis, & noie uestigij: ergo etiam oportet secundum hoc diuersas spes dulia attendi. Praeterea cum quibusdam irrationabilibus creaturis honor exhibeat: sicut ligno sancte crucis, & alijs huiusmodi.

SED CONTRA est, quod dulia contra latríam diuiditur: latría autem non diuiditur per diuersas species: ergo nec dulia.

RESPON. Dicendum, quod dulia potest accipi dupliciter. Vno modo concitatur, secundum quod exhibet reuerentiam cuiuscumque homini ratione cuiuscumque excellentiae, & sic continet sub se pietatem, & obseruantiam, & quamcumque huiusmodi virtutem, quae homini reuerentiam exhibet: & secundum hoc habet partes specialem & secundam. Secunda Secunda S. Thomae.

pro nobis, ne occasionem errandi ex huiusmodi distinctione sumant filij, & precipue minus docti, & idiotae: ita in proposito diuini honoris negat rationalibus imaginibus, & vestigijs deiatis, ne ex huiusmodi adoratione occasionem errandi sumant populi. Concludendum ergo ut, si quis creaturam ueneretur, in quantum est similitudo, uel vestigium Dei, hoc est, veneretur Deum in creatura hac, uel illa, latría cultu exhiberet non creaturae, sed Deo in creatura, sicut & blasphematur Deus in creatura, & amatur: & hoc probant rationes allatae. Sed quoniam obiecta haec annexam habent occasionem erroris, ideo exhibendus non est honor latría istiusmodi imaginibus, & vestigijs, ut sic.

Nunc ad 3. dubium dicitur, quod cum imago Dei inueniatur quasi triplex, primo pictura, seu statua ad representandum Deum, ut quod in Ecclesia uideamus: secundum ipsam rationalem creaturam, sicut in seipsum imago repraesentans Deum, tertio, ipsa rationalis creatura uel relata in Deum, author in se non intendit de prima imagine, ut in latría obijcit de cruce: sed directe intendit de secunda, cuius ueneratio redudat, sicut in quenda modo in Deum, per quanto eius est imago id quod honorat. Et indirecte ueneratur de tertia per utrumque concurrens in identitatem formalem fundamentum utriusque imaginis: uel rectus loquedo, imaginis utroque modo sumptae. Et tunc est sensus, quod nullo modo absque occasione erroris spectat ad eius imaginem latría reuerentia. Etenim si honor imagini sic sumptae impendatur, non redundaret quodammodo in Deum, sed directe tenderet simpliciter, & absolute.

Super Quaest. centesimam tertiam articulum quartum.

In art. 4. eiusdem q. 103. dubij occurrit.

... quoniam auctor videtur oblitus sui, dum hoc in loco ponit obedientiam esse virtutem genericam, dicendo quod dulia est una specierum obedientiarum. In primo autem articulo precedentis ex proposito ponit obedientiam esse virtutem specialem distinctam contra pietatem, religionem, & iustitiam.

Ad hoc dicitur, quod auctor non dixit obedientiam esse virtutem specialem specie specialissima. Sicut enim est intentio suo, quod sit specialis specie subalterna. Et hoc ibi insinuat dicendo, quod ad obedientiam spectat venerari principem, ducem, ac magistrum, quos diuina ratione constituit honorari.

Sed tunc insurgunt dubia duo. Primum est, quod nulla haberetur propria virtus ad cultum exhibendum principibus nostris, quia obedientia genus est ad omnes species, quarum alia princeps, alia dux &c. colitur. Secundum est, quod nulla esset species obedientie, ad quam pertinere uenerari hominem propter virtutem eius. Et est ratio sequela, quia in littera illius articuli in responsione ad secundum dicitur, quod talis cultus spectat ad eandem virtutem: sed nulla est eadem in specie virtus colens omnes in dignitate constitutos, ergo nulla una secundum speciem virtus est, cuius sit colere hominem propter virtutem illius.

Sed primum horum solui potest, primo concedendo, quod nulla specierum obedientie est nominata, nisi dulia, & hyperdulia. Secundo dicendo, quod sicut dispositio est nomen genericum ad habitum, & dispositionem, & est nomen specificum dispositionis distincta contra habitum, ita obedientia, & est nomen genericum ad omnes obedientie species, & est etiam nomen specificum illius speciei, qua colitur caput ciuitatis. Et quia de nominibus quaestio haec est, siue sit sit, siue non, parui refert.

Secunda autem dubitatio soluitur dicendo, quod proprie loquendo honorare hominem propter virtutem, quia dignus est

QVAESTIO CIIII.

De obedientia, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de obedientia.

Et circa hoc quaeruntur sex.

Primo, Vtrum homo debeat obedire homini.

Secundo, Vtrum obedientia sit specialis virtus.

Tertio, De comparatione eius ad alias virtutes.

Quarto, Vtrum Deo sit omnibus obediendum.

Quinto, Vtrum subditi suis platis teneantur in omnibus obedire.

Sexto, Vtrum fideles teneantur secularibus patribus obedire.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum unus homo teneatur alteri obedire.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod unus homo non teneatur alteri obedire. Non enim aliquid faciendum contra institutionem diuinam, sed hoc habet diuina institutio, ut homo suo

ducatur, spectat ad illam obedientiam ducem: & honorare hominem propter virtutem suam, pertinet ad illam obedientiam caput ciuitatis, & sic de aliis. Et sic auctor, quod spectat ad eandem virtutem

consilio regatur, secundum illud Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui, ergo non tenetur vnus homo alteri obedire. Praeterea, si aliqui alicui tenentur obedire, oportet, quod haec voluntate precipientis, quoniam regulam suam actionis, sed sola diuina voluntas, quae semper est recta, est regula humanae actionis, ergo non tenetur homo obedire, nisi Deo.

Sed tunc inquit, ratio illa procedit de dulia communiter sumpta. Ad secundum dicendum, quod hyperdulia est potissima species duliae communi sumpta. Maxima enim reuerentia debetur homini ex affinitate, quam habet ad Deum.

Ad tertium dicendum, quod creatura irrationali in se considerate non debetur ab homine aliqua subiectio, vel honor; quin potius omnis talis creatura est naturaliter homini subiecta.

Quod autem crux Christi honoretur, hoc fit eodem honore, quo Christus honoratur; sicut purpura regis honoratur eodem honore, quo rex, ut Damascenus dicit in 3. libro.

RESPONDENDUM, quod sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentia naturalibus, ita operationes humanae procedunt ex humana voluntate. Oportet autem in rebus naturalibus, ut superiora mouerent inferiora ad suas actiones perfectas, & subiacentes.

Voluntate ex vi auctoritatis diuinae ordinata. Mouere autem per rationem & voluntatem, est proprium dei, sicut ex ipso ordine naturalium diuinitus insinuat inferiora in rebus naturalibus, necesse habent subiecti motioni superiorum, ita et in rebus humanis ex ordine naturalium, & diuini, tenentur inferiores suis superioribus obedire.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deus reliquit hominem in manu consilii sui, non quia debet ei facere omne quod debet, sed quia ad id quod facere debet, non cogitur necessitate naturae, sicut creatura irrationalis, sed libera electione ex proprio consilio procedente. Et sicut ad aliam consuetudinem debet obedire, ita et ad hoc quod debet obedire superioribus. Dicitur Gregorius in Moralibus, quod dum alienae voluntati nos humiliter subdimus, nosmetipsos in corde superamus.

AD SECUNDUM dicendum, quod diuina voluntas est prima regula, qua regulantur omnes rationales voluntates.

lib. 1. huius quest.

lib. 2. de inuentione in sol. 4. art. 5. in lib.

Ex lib. 4. 82. 72. & lib. 3. cap. 8. & 32.

Sup. q. 69. art. 1. cor. & q. 88. art. 10. ad 2. & infra. artic. 5. cor. princ. & ar. 6. ad 2.